



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 vtrum possit licite pœnam relaxare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ARTICVLVS III.

Vtrum iudex possit aliquem condemnare, etiam si non sit aliquis accusator.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, qd iudex possit aliquem indicare, etiam si non sit aliquis accusator. Humana iniustitia de riatur a iustitia diuina: sed Deus peccatores iudicat, etiam si nullus sit accusator. ergo videtur qd homo possit in iudicio aliquem condemnare, etiam si non adsit accusator.

¶ 2 Præ. Accusator requiritur in iudicio ad hoc, qd deferat crimen ad iudicem: sed quandoque potest crimen ad iudicem deuenire alio modo, quam per accusationem, sicut per denunciationem, vel per infamiam, vel etiam si ipse iudex videat. ergo iudex potest aliquem condemnare absque accusatore.

¶ 3 Præ. Facta sanctorum in scripturis narrantur, quasi quadam exemplaria humane vite: sed Daniel simul fuit accusator, & iudex contra iniquos senes, vt patet Daniel 13. ergo non est contra iustitiam, si aliquis aliquem condemnet tanquam iudex, & ipsemet sit accusator.

SED CONTRA est, qd 1. ad Cor. 5. Ambr. exponens sententiam Apostoli de fornicatore, dicit, qd iudicis non est sine accusatore damnare: quia Dominus iudam, cum fuisset fur, quia non est accusatus, minime abiecit.

RESPON. Dicendum, quod iudex est interpres iustitie. Vnde sicut Philof. dicit in 5. Ethic. homines ad iudicem confugiunt, sicut ad quandam iustitiam animam: iustitia aut, sicut supra dictum est, non est ad seipsum, sed ad alterum. Et ideo oportet qd iudex inter aliquos duos diiudicet: qd quidem sit, cum vnus est actor, & alius est reus. Et ideo in criminibus non potest aliquis iudicio condemnare iudex, nisi habeat accusatorem. sicut illud Actuum. 25. Non est consuetudo Romanis danare aliquem hominem, prius qm is, qui accusatur, presentes habeat accusatores. loquitur defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd Deus in suo iudicio vtriusq; conscientia peccatis quasi accusatore, sicut illud Rom. 2. Inter se inuicem cogitationum accusantur, aut etiam defendentur. Vel etiam euidentia facti, quantum ad ipsum, secundum illud Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.

AD SECVNDVM dicendum, quod publica infamia habet locum ac-

cusatoris. Vnde sup illud Genes. 4. Vox sanguinis fratris tui. &c. dicitur qd lof. Eu dentia perpetrati sceleris a accusatore non eget. In denunciatione vero, sicut supra dictum est, non interditur punitio peccantis, sed emendatio: & ideo nihil agitur contra eum, cuius peccatum denunciatur, sed pro eo: & ideo non est ibi necessarius accusator. Poena autem inferitur propter rebellionem ad Ecclesiam, quæ quia est manifesta, tenet locum accusatoris. Ex eo autem quod ipse iudex videt, non potest procedere ad sententiam ferendam, nisi secundum ordinem publici iudicij, quod tenet locum accusatoris.

AD TERTIVM dicendum, quod Deus in suo iudicio procedit ex propria notitia veritatis, non autem homo, vt supra dictum est. & ideo homo non potest simul esse accusator, & testis, & iudex, sicut Deus. Daniel autem accusator fuit simul & iudex, quasi diuini iudicij executor, cuius instinctu mouebatur, vt dictum est.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum iudex licite possit ad penam relaxare.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod iudex licite possit penam relaxare. Dicitur enim Iacobi. 2. Iudicium sine misericordia ei, qui non facit misericordiam: sed nullus punitur propter hoc, quod non facit illud, quod licite facere non potest. ergo quilibet iudex potest licite misericordiam facere, relaxando penam.

¶ 2 Præ. Iudicium humanum debet imitari iudicium diuinum: sed Deus poenitentibus relaxat poenam, quia non vult mortem peccatoris, vt dicitur Ezech. 18. ergo etiam homo iudex potest poenitentibus relaxare poenam.

¶ 3 Præ. Vnicuique licet facere, quod alicui prodest, & nulli nocet: sed absolute reum a poena prodest ei, & nulli nocet. ergo iudex licite potest reum a poena absoluer.

SED CONTRA est, quod dicitur Deuter. 13. de eo, qui persuadet seruire dijs alienis. Non parcat ei oculus tuus, vt miserearis, & occultes eum: sed statim interficies eum. & de homicida dicitur Deuteronom. 19. Morietur, nec misereberis eius.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex dictis patet, duo sunt, quantum ad propositum pertinet, circa iudicem consideranda, quorum vnus est, quod ipse habet iudicare inter accusatorem, & reum. Aliud autem est, quod ipse non fert iudicij sententiam quasi ex propria, sed quasi ex publica potestate. Duplex ergo ratione impeditur iudex ne reum a poena absoluer possit. Primo quidem ex parte accusatoris, ad cuius ius quandoque pertinet, vt reus puniatur, puta, propter aliquam iniuriam in ipsum commissam, cuius relaxatio non est in arbitrio alicuius iudicis: quia quilibet iudex tenetur ius suum reddere vnicuique. Alio modo, impeditur ex parte reipublicæ, cuius potestate fungitur, ad cuius bonum pertinet, qd malefactores puniantur. Sed tamen quantum ad hoc differt inter inferiores iudices, & supremum iudicem, scilicet principem, cui est plenarie potestas publica

miam, quid adhuc desideramus testes? Et sanctus Ludouicus Rex Francia legiur præcepisse cauterizari linguam eius, quem audierat blasphemare. nisi forte quis dicat, quod author de quadam inquisitionis specie loquitur: quia iudex ex eo, quod ipse vidit, paulatim inuestigat ex officio. Et hæc sufficiunt etiam pro pro 4. artic. &c.

7. 33. art. 7.

Art. præced.

Art. ad 1.

3. q. 46. arti. 2. ad 3. Et 1. dist. 43. q. 2. art. 2. ad 5. Et 4. dist. 46. q. 1. art. 2. q. 2. & q. 2. art. 2. q. 3. ad 2.

Artic. 3. 3.

Super Questionis sexagesimae octavae articulum primum.

In art. 1. q. 68. caue ignorantiam illorum, qui putant neminem teneri ad accusationem, sed accusationem quasi esse contra preceptum diuinum, Dimittite nobis debita nostra &c. Non aduertunt, q non minus tenetur aliquis succurrere communi detrimento corporali, uel spirituali, quam priuato, quanto bonum commune & diuinus est, & amabilius, quam priuatum: Constat autem, quod tenetur quilibet sciens, & potens labuenerie periculo corruptela spiritualis, uel corporalis proximi, seruatis debitis conditionibus: multo ergo magis tenet subuenire periculo publico. Scito igitur, quod quia accusatio ordinatur ad commune bonum, si sciens crimen alterius, quod in periculum multitudinis uergat, & habens testes, quibus potest illud probare, potest per aliam uiam, quam per accusationem provide re bono multitudinis; non tenetur ad accusationem, licet licite possit ex zelo iustitie accusare, per se iustitia conditionibus personae puniendae in exemplum aliorum. Si autem aliter non potest, quam per accusationis uiam, periculo multitudinis obtinere, tenetur de necessitate salutis ad accusationem: alioquin non diligeret bonum commune opere, & ueritate. Ridiculus autem est inducere ad hoc illud orationis Dominice, Dimittite nobis debita nostra, cum non suam, sed proximi, non unius, sed multitudinis causam agat accusator huiusmodi. Et si sua ageret causam, non tenetur ex hac diuina institutione remittere, quin uelit iustitiam habere locum suum: sed non ex passione, non ex propria auctoritate vindicare.

Tracta. 116. parum a medio, tom. 9.

Lil. 5. e. 10. circa n. 10. 1.

cōmissa. Iudex. n. inferior nō habet potestatem absoluedi reū a pena cōtra leges a superiore sibi impositas. Vnde super illud Ioan. 19. Nō haberes aduersum me potestatem ullam, dicit * Aug. Talem Deus dederat Pilato potestatem, ut esset sub Cæsaris potestate, ne ei omnino liberum esset accusatum absolueret: sed princeps, qui habet plenariam potestatem in republica, si ille, qui passus est iniuriam, uelit eam remittere, poterit reum licite absolueret, si hoc publicae utilitati uiderit non esse nocuentum.

Ad Primum ergo dicendum, quod misericordia iudicis habet locum in his, quae arbitrio iudicis relinquuntur, in quibus boni uiri est, ut sit diminutus poenarum, sicut Philosophus dicit in 5. * Ethic. In his autem quae sunt determinata secundum legem diuinam, uel humanam, non est sui, misericordiam facere.

Ad Secundum dicendum, quod Deus habet supremam potestatem iudicandi, & ad ipsum pertinet quicquid contra aliquem peccatur. Et ideo liberum ei est poenam remittere, precipue cum peccato ex hoc poena maxime debeat, quod est contra ipsum: non tamen remittit poenam, nisi secundum quod decet suam bonitatem, quae est omnium legum radix.

Ad Tertium dicendum, quod iudex si inordinatè poenam remitteret, nocuentum inferret & communitati, cui expedit, ut maleficia puniantur. ad hoc, quod peccata uidentur. Vnde Deuter. 13. post poenam seductoris subditur. Ut omnis Israel audies timeat, & nequaquam ultra faciat quippiam huius rei simile. Nocet etiam persona, cui est illata iniuria, quae recompensationem accipit per quandam restitutionem honoris in poena iniuriatis.

QVAESTIO LXVIII.

De pertinentibus ad iniustam accusationem, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de his, quae pertinent ad iniustam accusationem.

Et circa hoc quaeruntur quatuor.

¶ Primum, Vtrum homo accusare teneatur.

¶ Secundò, Vtrum accusatio sit facienda in scriptis.

¶ Tertio, Quomodo accusatio sit vitiosa.

¶ Quarto, Qualiter male accusantes sint puniendi.

Vtrum homo teneatur ad accusandum.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod homo non teneatur ad accusandum. Nullus enim excusatur ab impletione diuini precepti propter peccatum, quia iam ex suo peccato commodum reportaret: sed aliqui propter peccatum in habitus ad accusandum, sicut ex communi fama, & illi, qui sunt de maioribus censurati priusquam innoxij monstrarentur.

¶ 2. Praet. Omne debitum ex charitate debet esse finis precepti. Vnde dicitur Roman. 13. quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatur, quod est charitatis, homo debet maioribus & minoribus, subditis & praetatis subditi non debeant perlatos accusare, suos maiores, ut per plura capitula potest videtur quod nullus ex debito teneatur.

¶ 3. Praet. Nullus tenetur contra fidelitatem quam debet amico, quia non debet quod sibi non uult fieri: sed accusare amicum doque est contra fidelitatem, quae quibus dicitur enim Prover. 11. Qui ambulat reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat missum. ergo homo non tenetur ad accusandum.

Sed Contra est, quod dicitur Leuit. 19. Haurit anima, & audiuerit uocem iurantem, non portabit iniquitatem suam.

Respon. Dicendum, quod licet supra dictum est differentia inter denunciationem, & accusationem in denunciatione attenditur emendatio in accusatione autem attenditur punitione. Poenae autem praesentis uitae non per se, quia non est hic ultimum retributionis in quantum sunt medicinales conferentes satisfactionem persona peccatis, uel ad bonum cuius quies procuratur per punitionem per quorum primum intenditur in denunciationem. Secundum autem per poenam accusationem. Et ideo si crimine fuerit in detrimentum reipub. tenetur homo ad accusationem. Et ideo si crimine fuerit in detrimentum officii accusatoris, puta cum peccat alicuius uergit in multitudinis contrarietatem, seu spiritualem: si autem non fuerit in detrimentum, sed in multitudinem reducat, quod in multitudinem reducat, non sufficiens probationem adhibere non tenetur ad inuestigandum accusatum, quia illud tenetur, quod non potest debito modo probari.

Ad Primum ergo dicendum, quod tenetur ad accusandum, quod non potest debito modo probari. Ad accusandum reddi aliquem impotentem, quae homines facere tenentur, sicut etiam vitam aeternam, & ad assumendum Ecclesiae sacramenta: nec tamen ex hoc homo tenetur ad accusandum, quinimo deficere ab eis, quae sunt quaedam hominis perfectiones.

Ad Secundum dicendum, quod subditi tenentur accusare prohibetur, quod non auctoritate sua prauitate uitam eorum diffamare, & quaerunt. Vel etiam si subditi accusauerint